



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Antonius Franciscus Critana.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

nium ordinum raro ibi spe-
ctata.

P. Antonius Franciscus
Critana.

Hispanus.

*in Iapo-
nia.*

28. Nom.

1614.

*ætat. 64.
Soc. 43.*

Fides.

Iapon.

*Nangasa-
chi.*

28. Nom.

1619.

*ætat. 44.
Soc. 17.*

Humilit.

Anno 1584. in Indiam, inde in Iaponiam penetrauit, zelo, & religione erga SSS. TRINITATEM ac Dei param Virginem prorsus cōspicuā. Post felices ærumnas, & Euangelium totis viribus propagatum, proscripto, & in exilium nauiganti, mors grauissimis ærumnis accelerata vitæ finem attulit.

Leonardus Kimura. Coad.

Maiores habuit quorum unus ab ipso S. Francisco Xaverio fuerat baptizatus. Licet Nangasaki nobilis esset, ac literis perbenè operam nauasset, tamen maluit Coadiutorum albo adscribi, insigni exemplo. Alijs è Iapo.

ponia extorribus , ipse ,
superiorum iussu , latuit Nan-
gasachi ; vbi in carcerem
coniectus , in eo vnâ cum
alijs vixit velut in religiosâ
domo . Manè horæ duæ com- Ordo
dies.
precationi datæ , altera ei
quæ mente , altera ei quæ
voce fit . Inde recitatæ San- Oratio.
ctorum omnium Litanie . Re-
liquum otium pijs libellis
lectitandis impensum vsque
ad prandium . Post meri-
diem vnâ icerûm horâ ora-
tum . Inde horæ quatuor le-
gendo , scribendoq; trâsmis-
sæ , iterumque secuta per ho-
ram oratio . Feria quarta ,
sexta , & Sabbatum ieunio ,
ac flagellationi dedicaban-
tur . Feriâ vi. in honorem
quinque vulnerum Crucifi-
xi , per quinque horas ora-
tum . Vno anno , cùm sine Mornif.
so-

*Fides.**Leta pa-
tientia.**Merc.*

socijs hæreret in carcere,
 per angusto, nihil de confue-
 ta animi hilaritate dimisit,
 inediā se & quotidianā ver-
 beratione afflictans. Octua-
 ginta sex capita ibidē Chri-
 sto addixit, & abluit. An
 Iesuita esset rogatus; affir-
 manit: cur in Iaponia per-
 stitisset contra decretum;
 respondit: ut Christi Euangeliū
prædicarem. Tum
 Iudex bis repetitā voce di-
 xit: *Idcirco igne absumen-
 dum esse*. Mox actis gratijs
 Leonardus testes voluit ad-
 hiberi; se Euangelij causā
 damnari. Stipiti alligatus,
 igne iam in flamas gliscen-
 te ac erumpente, nullam do-
 loris significationem dedit;
 aiebatque sibi nihil dolere:
 suave esse dulce illud incen-
 dium. Ambustis vinculis,

li-

Li
n
v
n
g
I
n

I
h
c
n
p
b
A
à
Z
e
s

liberâ veraque manu pru- *Oratio-*
nas collegit, & illis caput,
veluti rosis, coronans, ceci-
nit: *Laudate Dominum, omnes* *gente-*
ges; Christianis interea
IESVM & MARIAM cla-
mantibus.

Respo.

DECEMBER.

P.Edmundus Campianus.

Româ Brunam ad tiro- *Auglus.*
cinium missus, in Bo- *Londini*
hemia postea Rhetoricam, *1. Decembr.*
Dialecticam, Physicam do- *at. 41.*
cuit. Romin redire iussus, *Soe. 8.*
missu Pontificis in Angliam
profectus est pedes cū P.Ro-
berto Personio anno 1580.
Audiebatur cum lachrymis
à Catholicis, etiam quando
Missificantes, ut ipsi Sacer-
dotes vocant, decreto pro-
scripti sunt. Tunc decem- *Fides.*

ra-